

cum tale sit ac tantum, similiter cæcos esse debere dicemus illos quoque præstantissimos in ciuitate viros, quibus vniuersa committimus. Minime omnium. Reor equidem eum custodem, qui iusta & honesta possidet, ignoret autem quæ ratione bona sint, haud multi faciendum esse, si quidem par est eum qui hoc ignoret, ipsa cognoscere. Auguror autem neminem ipsa ratione quam bonum sufficienter cogniturum. Scitè augurans. Perfectè igitur disposita nobis erit respublica si custos horum peritus eam reget. Ita necesse est. Verum tu ò Socrates, vtrum bonum ipsum dicis esse scientiam vel voluptatè, vel aliquid aliud præter hæc? Tu ego, sanè inquam, vir probus es: & iam diu comperit habeo tibi non satis fore, id quod alius, de ipsis videtur. Haud decere mihi videtur, ò Socrates opinionibus aliorum referre posse, suam verò, nequaquam, hominem præsertim tandiu in his versatū. An decere putas, vt de his quæ quis ignorat, quasi sciens loquatur? Nullo modo quasi sciens, sed vt quasi ex opinione proferes quæ sentit. Quid inquam. An necis opinionones omnes absque scientia turpes esse, quarum quæ optima, cæcæ sunt? an eos qui absque intelligentia verum aliquid opinantur, differre ab illis existimas, qui licet cæci sint, recto tamen tramite gradiuntur? Nihilò. Vis ergo turpia cõtemplari cæcæque, & obliqua, cū liceat ex aliis perspicua pulchraque videre? Age per Iouem Socrates, inquit Glauco, ne desistas, cum ad calcè ferè peruenieris. Sufficiet enim nobis, si quædam modò de iustitia tẽperantiâque, & aliis tractaueris, ita quoque, de bono tractaueris. Mihi quoque, ò amice, valde sufficit. At vereor ne vires deficiant, atque ego supra vires ausus, ineptior appaream, nisi iusque audientibus moueam. Cæteri, ò viri felices, quid ipsum bonum sit in præsentia dimittamus. Est enim, vt mihi videtur præsentem supra contemplatione. Quis autè appareat boni ipsius filius, quisque similitudo ei sit, si vobis placet, dicitur finem dimitta. Dic age: patre verò postea declarabis. Vellem equidè, vt & ipse explicare possem, & vos percipere, non solum vt nunc prolem. Hunc ergo ad præsentem partem boni ipsius, filiumque accipite. Cauete tamen ne in scius ipse vos decipiam, vanâ reddès de filio ratione. Cauebitus id pro viribus. Dic modò. Dicam equidem, si prius repetamus inuicem confirmemurque, quæ supra memorata sunt, & aliis sæpenumero dicta. Quænam? Multa quidem pulchra, & multa bona, & singula similiter esse dicimus, & oratione distinguimus. Dicimus profectò. At qui & ipsum pulchrum, & ipsum bonum inducimus, ac similiter in omnibus, quæ vt plura ponebamus, vnum rursus ponimus secundum ideam vnam cuiusque tanquam vna sit, & quod vni quodque est appellamus. Vera hæc sunt. Et hæc quidem videri dicimus, non autem intelligi: ideas autè intelligi, non videri. Sic est omnino. Quæ potentia & multis quas habemus, quæ patent oculis cernimus? Visu. Nonne & auditu quæ audiuntur, & aliis sensibus omnia quæ sentiuntur? Quidni? Nunquid animaduertisti quàm perfectam sensuum auctor vim fabricauerit ad id quod videre, & id quod videri dicimus? Non satis. Sic autem considera. Estne auditu atque vocalio genere opus, ad hoc vt ille quidem audiat, hæc audiatur? Quo tertio absente, ille non audiet, ista non audietur. Nequaquam. Arbitror equidem, neque aliis multis, ne dicam nulli, tali quodam opus esse. An tu talem aliquam vim potes dicere? Minime. An non aduersus visum ipsius, & eius quod visui subiacer vim, tali aliquo indigere? Quo

parto? Præsentem oculis visum, ipsique ad spectandum directis præsentem ite colore, nisi addit & genus tertium propriè ad hoc natura aptum, neque visus videbit quicquid, neque videri colores poterit. Quidnam id esse dicis? Quod tu lumen vocas. Vera loqueris. Profectò visibilis ipsius vis, & videndi potentia iugo quodam aliorum omnium cõiugationum maximè honorando iuncta sunt non exigua quadam specie, si modò contemndum sit. Quem potissimum deorum celestium huius causam putas, cuius lumen efficit, vt & visus noster quâ optimè cernat, & oculis obiecta cernantur? Quæ tu putas & alij. Nempe de sole interrogas. Ita verò ad huc Deum se visus habet. Quomodo? Visus, sol non est, neque oculus cui inest visus, sol est. Non certè. Sed ex omnibus sensuum organis id maximè solis particeps. Multum sanè. Nonne & vim quam habet, ex sole infusam seruat? Proflus. Quænam illi, visus non est. Causa verò ipsius quæ sit, ab eo prospicitur. Sic planè. Huc me vocare boni filium dico, quem ipsum bonum in hac secum genuit cõparatione cõsimilem; vt quemadmodum ipsum in loco intelligibili ad intellectum, & ea quæ intelliguntur, se habet, sic & iste in loco visibili ad visum se habeat, & ad ea quæ videntur. Quo pacto? Latius explica. Oculi portio, quoties non ad ea veruntur, quorum colores diurni fulgor illuminat ostenditque, sed ad illa quæ nocturnis radiis attinguntur, cæcutiunt hallucinanturque, & præ cæci esse videntur, ac si purus in illis visus non inest. Sic accidit. Quoties verò ad ea quæ sol illustrat, perspicue cernunt, illudemque ipsis in oculis esse visus apparet. Est ita. Sic & de animo cogita. Quando enim illi inhzret in quo veritas & ipsum ens emicat, intelligit illud cognoscitque, & intellectum habere videtur. Sed cum ad id fertur, quod tenebris est permixtum, quod videlicet generatur atque corrumpitur eius obduriat acies, opinionesque versat varias, ac mentis expers esse videtur. Sic apparet. Illud igitur quod veritatem illis quæ intelliguntur præbet, & intelligenti vim ad intelligendum porrigit, boni ideam esse dico, scientiæ & veritatis, quæ per intellectum percipitur, causam. Cum verò adeo pulchra duo hæc sint, cognitio scilicet ac veritas, si bonum ipsum aliud quam ista & pulchrius æstimabis rectè putabis. Et quemadmodum lumen ac visum, solis speciem quandam habere existimare deceat, solem verò ipsum esse nequaquam: ita cognitionem & veritatem, boni ipsius speciem habere quidem aliquam, esse verò ipsum, minime. Augustior enim est ipsius boni maiestas. Decus narras inæstimabile, si scientiam quidè & veritatè præbet, ipsum verò decore hæc superat: neque enim voluptatem ipsum esse dicis. Bona verba quælo. Atque ita planius eius imaginem cõtemplare. Quomodo? Solem videndi dices, vt arbitror, iis quæ videntur non modo quidem videndi præbere potentiam, verè etiam generatione, augmentum, nutritione: cum ipse tamè generatio non sit. Quo enim pacto? Atque ita dicis bonum iis quæ cognoscuntur dare, non modò vt cognoscantur, sed esse insuper, & essentia elargiri, cum ipsum essentia non sit, sed supra essentia dignitate ipsam & potentia superas. Tum & Glauco ridens, Accepit, inquit, mirabilis hic excessus. Huius certè tu causa es, qui me compulisti ad ea quæ mihi de hoc viderentur aperienda. Neque dum etiam desistas, sed absolue, præcipue solis comparisonem, siquid est

prætermisum. Atqui multa prætermittuntur. Ne minimè quid omittas. Reor equidè multa præterea superfore, veruntamè quotcumque ad præsentem referri poterit, haud spontè dimittam. Ita precor. Cogita itaque inquit, quemadmodum dicimus, duo hæc esse, & vni quidè in genere locoque intelligibili regnare, alterum in visibili, nec sub cælo, inquit, videri te circa nomen decipere. Attamè species duas habeas, visibile scilicet & ipsum intelligibile. Habeo equidè. Perinde igitur ac si acciperis lineam in duas æquales sectâ portiones, & vtraque rursus partè simili ratione diuiseris: ita nunc oblati tibi genus vnum visibile, intelligibile alterum, in duo rursus secundum claritatè & obfcuritatè vtriusque distingue. In genere quippe visibili portio vna imagines cõtinebit. Voco autem imagines, primè ymbas. Deinde simulachra quæ in aquis apparèt, et quæ in corporibus densis, leuibus, lucidis, & omne quodcunquè tale, si tenes. Teneo. Portio verò altera cõprehendit ea, quorum hæc similitudines quædam sunt, animalia videlicet quæ apud nos sunt, & plantas, & vniuersum fabricæ genus. Sic pono. An vis præterea secundum verum & non verum dicere genus hoc distinguit quædam modum se habet quod opinio fingitur ad id quod scitè nascitur, ita simulachrum ad illud cuius est simile? Valde. Considera iterum intelligibilis sectione. Quo pacto? Vni quidem ipsius genus est quod inquirimus, his vtrè velut imaginibus quæ prius diuisa sunt, cõpulsus ex positionibus non ad principium, sed ad finem procedere. Alterum verò, quod ex cogitat animus, ex suppositione procedens ad principium non suppositum, nec imaginibus vrens quibus ad genus alterum vt solemus, sed in ipsis speciebus per ipsas progrediens. Haud satis quæ dicis intelligo. At enim facilius per hæc intelliges. Arbitror te non latere, quod qui circa geometriam & arithmetica & cetera generis eius versantur, supponunt quidè par & impar, & figuras ac tres species angulorum, & horum similia in argumentationibus singulis, & his positis tanquam cūlibet manifestis, ratione de his nullam exigendam putat. Atque hinc incipientes ad alia iam descendunt, & ad illud tandem perueniunt quod quæ rebant. Proflus id noui. Enimvero & illud nosti, quod & formis quæ in aspectu cadit videntur, de quibus illa verba faciunt: quæquam non ad eas mentè dirigunt, sed ad illa potius quod ista simulachra sunt, ad quadrangulum ipsum videlicet, ipsumque diametrum, non ad ea quæ scribunt. Et in aliis eodè modo, speciebus quidè hæc quas describunt figurantque, quarum & ymbæ sunt, & in aquis imagines, tanquam imaginibus quibusdã videntur, affectantes illa conspiciunt, quæ non aliter quam cogitatione percipiuntur. Vera loqueris. Hanc generis intelligibilis speciem supra dicebã, ad cuius inuestigationem cogitatio suppositionibus vni, ad principium non euntem, vt potius qui supra suppositiones ascendere nequeat, vtaturque imaginibus his quæ ex inferioribus sunt ad superiorum similitudinè comparata, atque ita opinione cõceptæ distinxerunt, quasi ad illa perspicue conferant. Intelligo equidem dici abs te quod in geometria & aliis eius germanis artibus fieri solet. Altera igitur intelligibilis partem ad illud referre me scito, quod ipsa ratio per demonstrandi facultatem attingit, dum suppositiones non pro principijs habet, sed reuera pro suppositionibus accipit, tanquam gradibus quibusdã & adminiculis vtrè, quousque ad illud quod non supponitur, ad princi-

pium videlicet veniens vniuersum rursus, ipsum attingat, & rursum ad hæc illius quæ principio habent, atque ita ad finem usque perueniat, nullo profus intelligibili vrens, sed ipsis speciebus, per ipsas, atque ad ipsas progrediens. Intelligo tandem, quamquam minime sufficiet vt cuperem. Videris enim mihi magnum opus proponere. Molis quidem differere, partem illà verè existitèis & intelligibilis generis, quam per demonstrationis scientiam speculamur, illa esse clariorè quam ex illis scientijs quæ artes appellatur inuestigamus. In quibus pro principijs suppositiones habentur, & quasi ista cõsiderant, cogitatione coguntur non sentibus inueniri. Quonia verò ad principium non ascendunt, sed ex suppositionibus indignant, intellectum circa hæc habere tibi nequaquam videntur, licet quæ principio intelligibilibus sint. Videris autè mihi geometricarum & similiarum rerum habitum cogitatione potius appellare quam intellectum, quasi cogitatio inter opinionem & intellectum medium teneat. Sufficiet admodum percipilli. Atque ad has quatuor proportionès, quatuor itidè animi affectiones accipe. Intelligentiam quidem ad supremum ipsum, ad secundum cogitationem, ad tertium fidem, ad postremum vero ad simulationem siue imaginationem. Hæc præterea inuicem alterè ratione proportionis ordinatæ, vt ita hæc claritate participant, quemadmodum illa circa quæ sunt, veritatem. Intelligo equidem, & quod dicis admitto, & vt iubes ita dispono.

DIALOGVS
SEPTIMVS DE
IUSTO.

MARSILII FICINI
ARGUMENTVM.

Sapienter diuino ingenio præditò omne mētis studium à terrenis ad celestia, à mobilibus ad immobilia, ab his quæ sentiuntur, ad illa quæ supersententur pro viribus conuertuntur. Considerant siquè mundi machinam & vnam esse, & inuicibiliter ordinatam, neque tamen ex seipsa posse consistere, cum ex diuersis componatur atque mutetur, merito cognouerit ab alio dependere: ab alio inquam vno, atque sapientissimo, qui & vnum conficiat opus ex multis, & id vnum vbi que ordinet sapienter, regat præterea & potenter, opus videlicet ingenis atque multiplex, motu quidem perpetuo, atque rapidissimo, non tamen aberrante reuolutum; ducat quoque benignissimè singula ad bonum mirifica tum commoditate et tum facilitate cõuenientia. Quamobrem communi quadam conceptione Deum esse pariter conferant, vnum vniuersi regem potentè & sapientem atque clementem: quem & terreni reges, verèque publicarum gubernatores pro viribus debent imitari. Postcommunem hanc de Deo conceptionem gemina rursus via ad Deum cooperetur planius atque propius proficisci per alteram quidem negando, per alteram referendo. Nam illa quid ipsum bonum, id est, quid Deus non sit arguuntur: probantur neque esse quicquam ex his quæ capiuntur sensibus, neque ex his quæ mente compræhenduntur. In hac autem & creaturas ad creatorem, & vicijsm creaturè referentem ad creaturas, ex cogitauerunt quæ ratione & reator singulari faciat atque perficiat, & creatura ad ipsum se referat habeat, vel imitari, vel consequi possint. Itædem procedit philosophus ingenia Plato noster & in Parmenide monstrat, & libro superiore confirmat. Quòd Diuinius quoque & accipit maximè comprobat. Proccedere inquam bonijs; tum radii quodam ab initio menti semel infuso, tum accedente lumine diuinitate mentes assidue collustrat. At verò quid ipsum in se bonum sit, id est diuina substantia, quemadmodum & in Parmenide & hic ostendit, nemo per eummodi vias assequi potest, si solum per has illud decore peruenire, vni diuinum bonum ob solam benignitatem suam amatores suam propius accedere & propriè luce format, & calore fauet, & postulate transformet mentem, tum demum cognoscunt Deum cum ipsa iam facta sit Deus. Quod quidem in epistolis quoque significat. Postquam verò

capita potuerunt. Quid autem eorum quae circumferantur, nonne vmbrae duntaxat? Nempe. Si ergo inuicem loqui liceret, nonne vmbrae rerum nominibus appellandas esse putate eos credamus? Necessè est. Quid si echo ex aduerfa parte carceris resonaret, quoties praeteruentium aliquis loqueretur, putàne ipsos alii quaequam, quam transeuntium vmbrae locos existimatos? Non per loquem. Omnino igitur illi nihil verum esse nisi fabricatarum rerum vmbrae arbitrantur. Ita profus necesse est. Contra verò nunc animaduerte qualis foret eorum à vinculis solutio ignoratèq; curatio. Nempe si quis eorum solueretur, cogere utique repente surgere, collum vertere, ambulare, lumen ipsum aspiciere, doleret potius, nec propter splendore intueri posset illa, quorum vmbrae ante cernebat. Hinc si quis nugae haec ne spes duntaxat dicat, nunc autè rebus veris esse propinquiorè veriusque inspicere, ac praeteruentium quaeque monstrans, quid sit quae fuerit, nonne vacillaturum putas, arbitrariorumq; veriora esse, quae ante cernebat, quam quae nunc ostenduntur? Multum. Et si cogere ut lumen aspiciere, nonne dolore oculorum afflicto ita putas, oculorūq; ad ea quae faciliè prius viderat, retorquere, certiora ea existimantem, quam quae subito tū ostendebatur? Ita nimirum. Si verò quis eundem per aspera atque ardua sursum traheret violenter, neque permitteret quicquam aspicere antequam ad solis lumen extraxisset, nonne dolere ipsum & ægrè ferre dum raptaretur, existimas? Et cū ad lumen euectus fuerit, oculos splendore suffusum harere, nihilq; ex his posse conspiciere, quae vera nunc ab hominibus existimantur? Nihil certè subito. Conuetudine igitur primum facilius intuebitur, post hæc in aquis hominum ceterorumq; imagines. Ipsa verò deinde quae in caelo sunt, & ipsum caelum nonne facilius contemplantur, dum astrorū & lunæ lumē spectabit, quam si solè ipsum die solisq; fulgorem intueatur. Proculdubio. Atq; ita demum solè ipsum inspiciet, neq; iam in aquis & aliena in regione simulacra ipsius spectabit, sed ipsum secundū se ipsum in sede propria speculabitur, & qualis sit cognoscere poterit. Necessè est. Animaduertent tandem ipsum esse, qui tempora & annos tēperat, qui omnia regit, quae sub caelo sunt, qui omniū quae ante ab ipsis visa sunt, modo quodā est autor. Certū est huc illum hinc gradibus ascendit, & illorū hominum sapientiā atq; vincula: non ceteros cum beatum scilicet mutatione existimaturum, illos autem miseraturum? Et maximè quidem. Praeterea si qui honores ibi inuicè exhibebantur & laudes, dabanturq; premia illi, qui trāseuntia qualibet acutè cernebat, recordareturq; maximè, quae ex illis priora, quae posteriora, quae pariter progredi soleant, atque ex his futura optime praesagiret, hæcne desideraturum putas? beatosq; illos qui apud eos honorantur & dominantur existimaturū? vel quod ait Homerus malle, in alieno scilicet rure apud alium virū exigat sortis mancipiū effici, & quidlibet perpeti potius q̄ opinionibus istis illudi, & in ea miseria verari. Arbitror eum quae cunq; alia potius quam vitam eiusmodi electurū. Tum & hoc cōsidera, inquam, si hic rursus descēdat, & sedē quam antea nanciscatur, nonne cū repertè à sole discesserit, tenebris offundetur? Vchementer. Ac si vmbrae illas discernere oporteat, de quae ipsis disceptare cum illis qui perpetuis

vinculis pressi sunt, proferēdq; sententia sit, eo ipso in tēpore, quo oculi ipsius hallucinantur, antequam acies expurgentur, quod quidē nō breui fiet, an non risum cōcitantib; atq; ab omnibus de decore dabitur, quod postquam sursum ascendit, corruptis reuertens est oculis? diciturq; nunq; ad sursum contēdendū esse, & cū qui soluere tenet, & fufura ducere si deprehēdat, protinus occidendū? Occidendū certè, inquit. Tota hæc imago, o amice Glaucō, referenda est ad illa, quae supra dicta sunt. Carcer quidē is ad eam quae cernitur oculis, mundi machinā: fax verò ignis in specu, ad solis potētia: postremò si ascensum ad supera eorumq; cōspectū, itē ad eū qui ad intelligibilem regionem tendit, ascensum retuleris, vt ego quidē spero non aberrabis, postquam sententia meā audire desideras. Deus autē nouit an vera sit. Quae igitur mihi apparēt, huc tendunt. Nempe arbitror in ordine ipso intelligibili, boni ipsius ideam supremā exillere, vixq; videri: si autem visa fuerit, asserēdum eam omnibus omnium quae recta & bona sit causam esse, cū ipsa in loco visibilium creauerit, & luminis autorem: in ipso verò intelligibili regnet ipsa, veritatēq; & mentem protulerit. Quam nosse necesse sit omnem quicumq; sana mente quicquam vel priuatim, vel publicè est acturus? Ita & ipse cogito vt cunq; possum. Age & hoc considera: neq; mireris, quod hi qui ad eum locum deuenerit nolint humana tractare, sed ipsorum mentis acies semper ad supera dirigatur. Probabile quippe id est, si quidē superiore imaginē sequitur. Probabile sanè. Quid autem hoc? Mirandum putas, si quis diuinis spectaculis ad humana hæc mala prolapsus ineptior sit ad agendum, rideaturq; ne, praesertim si antè quam praesentibus tenebris afflueat, dum adhuc caligat, cogatur vel in iudiciis, vel alibi de iustis vmbrae aut statuis illis, quarum vmbrae hæc sunt, certare, deq; eorum qui iustitiam ipsam nunquam viderunt persuasione iudiciali; differere? Nullo modo mirandū. Verum si mentē quis habuerit, recordabitur quodā duobus modis, & duabus ex causis turbati oculi consueuerint: & cum ex lumine ad vmbrae descēdimus, & cum ex tenebris in lucem prodimus: eodēq; modo affici animum arbitrabitur, quoties turbatum viderit, & ad aliquid certendum hebetiorem. Ideoq; haud temerè in risum prorumper, sed diligētè inquiret, vtrum à lucidiori vita descendens, nouis tenebris obruatur: vel ab inspicētia plurima ad fulgidum spectaculum surgēs sub coruscō nimum splendore deficiat. Et huius quidem affectū probabit, vidēdq; eius beatā fore censere: illius miserabitur: aut si fortè eam vitā ridere volet, haud tam ineptè hunc ridebit, quam eū qui à lumine superno deciderit. Consentaneum. Hæc igitur si vera sunt, ita de his cogitandum est, eruditionem non esse talem qualem aliqui praedicant: pollicentur enim animo scientiae profus experti se sciant tradituros, quasi oculis caecis visum. Proferunt certè. Praesens autem ratio nobis innuit, primum vim quae est in animo cuiuscunq; deinde instrumentum, quo rem discere quisq; potest. perinde ac si oculum impossibile esset aliter quam vnā cū toto corpore ad clarū obiectū ex obscuro conuerrere: ita tota mente ab eo quod fit vsq; ad id quod ens dicitur, circummagere oportere, vt quod clarissimum est possit speculando ferre. hoc autem ipsum bonum esse dicimus. Nempe. Ad hoc igitur ipsum eruditio competens, erit facultas quaedam animi

animi dirigendi. Quo modo? Vt ipsius oculus quam facillimè & efficacissimè conuertatur, quae huic oculo aciem visumq; non dabit, sed eū potius cū visum quidē habeat, neq; tamē rectè conuersus sit, neq; quod deceat aspiciat, conuertere omni machinatione conuertendū. Ita videtur. Ceteræ igitur quae virtutes animae nuncupatur, in hoc videntur virtutibus corporis similes. Nā cum natura nō insint, paulatim consuetudine & exercitatione cōparari videtur. Sapientia verò maximè omnium diuiniore quaedam virtus existit, quod vim quidē suā nō quam amittit, ab ipsa verò circūduōtione vile & confersens, ac inutile rursus noxiūq; euadit. An nōdum animaduertisti, q̄ acutè videt celeritèq; discernit illorū animula, qui licet mali sint, tamen sapientes habentur, ea ad quae conuersa est, tāquam aciem habeat nequaquam haberet, sed prauitatis feruere coacta sit? Atq; idcirco quod acutius inspicit, eo plura peragit mala. Omnino quidē. Si ab hoc ingenio statim à puertitia amputentur quae sunt generationis affinia, ceu plumbea pondera, quae comestionibus & huiusmodi voluptatibus & libidinibus, atq; deliciis inharrentia mentis aciem ad inferiora detorqueat, cōfessum expeditus cius intus, & ad ea quae vera sunt conuersus, ipse scilicet idem & in eis dē hominibus tā acutè illa discernet, quam hæc quibus in praesentia est intētus. Probabile est. Quid istud? Nōne probabile ac necessarium ex prædictis, neq; rudes homines & ventris ignaros rempub. inspiciet administrare, neq; quis semper in studiis literarū versati sunt? Propterea quod illi quidē finem sibi certū non proposuerint in vita, ad quae respicientes oportet omnia agere quae cūq; agant & priuatim & publicè. Hi autē haud sponte tractabunt ciuilia, existimantes se etiā hac in vita à negotiis humanis semotos, in beatorū insulis habitare. Vera narras. Nostrum igitur qui cōdidimus ciuitatem, erit officium, optimas hominum naturas impellere ad eam quae supra diximus maximam disciplinā, bonūq; cognoscendū, adeo vt & sursum ascendant, & postquam ascendint ac satis inspererint, ne ipsi quod nunc conceditur, permittamus. Quid istud? Ve in eo videlicet studio permancant, neque velint rursus ad homines istos carere clausos descēdere, neq; laborū istorum bonorūq; seu viliores, seu pretiosiores fuerint, participes esse. Deinde inquit, ipsi iniuriā inferemus, cogemusq; eos deteriore vitam subire, cum frui meliore possint? Obliteras, o amice, hoc legillatōri curae non esse, vt vnū quoddā genus in ciuitate in primis sit beati, sed vt tota ciuitas. Profecto ad hoc ciues ipsos persuasione & vi conciliat, facitque vt mutuo sese adiuuent, communēq; pro vniuersis utilitatem colant. Nempe legillator ciuili cætu homines congregat, nō vt per mittat vnūquemq; quod lubet ferri, sed vt ipsi ad copulam ciuitatis vtatur. Vera loqueris. Id me fugerat. Cōsidera itaq; Glaucō, quemadmodū philosophos qui apud nos reperitur, iniuria nulla afficiemus. Sed cum cogemus eos aliorū curā gerere, iure in hunc modū dicemus: quod videlicet quicumq; in alii ciuitatibus philosophi reperitur, ob hæc causam meritò admittit ad Reip. labores refugium, quia in qualibet ciuitate ipsi per se nascuntur, Rep. non curante. Par autem est vt quod per se nascitur, cum nulli pro alimentis acceptis sit obnoxium, nulli exhibeat nutrimentū mercedem. Nos autē vos tam vobismet quam reliquis ciuibus, tanquā in apū examine duces ac reges creauimus, me-

lus perfectiūsq; quā apud reges eruditos, aptioresq; ad veramq; curā suscipiendam, descēdere ergo vicissim debetis singulis in aliorum hominum cætu, & ad obliuaria inspicenda assuescere. Nā cum assuescisti fueris, multo acutius illa cernetis, quam qui in eis quorūdes obuertantur, & qualibet simulacra quae & quorūdes affignoscetis, vt qui reuera noueritis quae honesta, iusta, bonūque sint. Atq; ita nobis vnā ac vobis ciuitas quasi vigilantiū redēq; sententiūbus conuertitur, non tanquam somniantibus, quemadmodum nunc plurimæ habitantur, ab his videlicet, qui de vmbrae inter se decertant, deq; principatū tanquam maximo bono cōtendunt. Veritas autem ita se habet. Ciuitas profectò in qua ciues ad expectōdes magistratū minime ambitiosi sunt, optime & procul a seditionibus permancet: cetera verò, quae aliter affectus habet ciues. Sic est profus. An reuocet montis nostros alumni, cū hæc audierint? nolētq; vicissim singulis ciuitatis administrationem suscipere, sed in contemplationis otio diuitius cōmorari? Minime. Nā iusta vniuersis precipiemus. Sed omnino tāquam ad rem necessariam ad magistratū accedet eorum quisq;, contra ac illi qui nunc in singulis ciuitatibus dominantur. Nē sic res se habet, o amice. Si vitam inuenieris eorū qui magistratibus praefuturi sunt, ipsi magistratibus meliorem, tunc primum tibi optime instituta ciuitas elucebit. In ea quidē sola vere diuites dominabuntur: non aurū dico, sed cuius oportet vti beatorū diuitem esse, vitæ probæ atq; prudentis. Sin autem inopes, bonisq; propriis vacui ad Recip. accesserint, non illinc trahere cupientes, ciuitas illa felix esse non poterit. Nā vbi de principatu contenditur, cum proprium hoc sit & intestinū bellum, tum eos qui ita pugnant, tum reliquam ciuitatem perdit. Vera narras. Habes aliquos qui ciuiles honores sperant, praeter veros philosophos? Non per locū. At enim magistratū dandi sunt hominibus imperij minimè cupidis: alioquin simulacra inter amulos orietur. Certè. Quosnam igitur alios ad curā ciuitatis induces, praeter eos qui optime hæc intelligunt, per quos vitæ ciuitas colitur, habentq; & honores equos, & vitam ciuili praestantiorē? Nullo equidem alio. Vis ergo nunc inquiramus, quo pacto tales in ciuitate viri euadant? & qua ratione eos aliquis in lumen educat? quemadmodū ab inferis ad deos ascendit aliqui memorantur. Quidni velim? Hæc, vt videtur, non erit tēta reuolutio, sed animæ circūduōtione, nocturno quodam die ad eius quod verè est contemplationem. Quem quidem ascensum veram philosophiam esse dicemus. Omnino. An nō inuestigandum est, quae disciplina potissimum hanc habeat facultatem? Quidni? Quenam igitur erit, o Glaucō, disciplina, per quam animus ex his quae sunt, ad ea quae verè sunt, reducat? Nunc interim dum loquor cogito. Nōne enim eos esse bellatistas diximus, sed necessarii dum iuuenes sunt, tales esse Diximus planè. Oportet ergo hanc praeterea superiori addere disciplinam quam quærimus. Quam potissimum? Quae scilicet non inuicilis sit bellicosis hominibus. Oportet sanè, si quidem est possibile. Gymnastica potè & musica in superioribus à nobis sunt erudit. Ita profus est actum. Gymnastica quidem circa id quod augescit & deficit, versari videtur. Nam in incrementū corporis & decrementum considerat. Apparet. Hæc ergo non erit ea quam quærimus disciplina. Non. An fortè genus illud

musica, quod supra narrauimus? At erat illa quidē, si tenes memoria, proportionē quadam gymnasticā correspondens, consuetudine moribus; cultus eruditionis, prebensque secundum harmoniam, cōpositionem & cōcinnitatem quadam potius quam scientiam, & secundum rhythmum modulationem, numerosamque decentiam. Quinetiam in oratione alia quædam generis eiusdem cōtinet, tam quod ad fabulosos sermones, quam quod ad veros. Cognitione verò talis cuiusdam boni, quale tu nunc inuelegas, in ea nulla profus exiit. Diligenter admodum me cōmonuisti. Nam reuera tale nihil habere cōperta est. Ceterum, o beate Glauco, quænam talis erit facultas? Etenim artes mechanica, illiberalis que omnes esse quodammodo visæ sunt. Quid autem? At verò, quænam alia præterea restat doctrina? Musica, & gymnastica, artibusque diuersa? Age itaque si nihil ab his seorsum accipere possumus, aliquid saltem ex his quæ per omnia discuntur, accipiamus. Quidnam? Cōmune scilicet illud quo omnes vtuntur artes, cogitationes, atque scientiæ, quod cuique in primis necessarium est discendum. Quale istud? Leue hoc & perile, cognoscere scilicet vnum, duo, tria, quod summum numerum & cōputationem voco. An nō ita natura cōparatur est, vt omnis ars atque scientia cogatur horum particeps fieri? Et maximè quidem. Nōne res bellica etiam? Necessarium est omnino. Ridiculum ducem Palamedes Agamemnonē fuisse passim in tragædiis ostendit. An ignoras quod se proficiter numeri inuentorē, asseritque apud Troiā belli acies ordinasse, nauisque & reliqua omnia numerasse, quasi horū numerus antē fuisse incognitus, & Agamemnon, vt videtur, neque quot pedes haberet, agnouerit? siquidem erat cōputationis ignarus. Qualem itaque tūc fuisse ducē existimas? Absurdum equidem, si vera hæc erāt. Necessaria ergo numerorum cognitionē militi esse dicemus, vt & numerare & cōputare valeat. Maximè omnium, si modò ad ordinandas acies omnino rudis esse non debet. Imò verò si homo futurus est. An tibi in hac disciplina quod mihi venit in mentem? Quid? Videtur natura ex corū numero esse, quæ ad intelligentiam homines eleuant, qualia nos perquirimus. Cūque talis sit vt omnino mentem ad essentiam attollere possit, nemo vt decet hac vt cognitione videtur. Quæ ratione idais? Conabor equidem sententiam tibi meā explicare. Animaduerte obsecro quemadmodum mecum ipse genera rerum ita distinguo, vt quædam ad intelligentiam ducent, qualia nos dicimus, quædam minimè: & quæ dicam confirmata, vel nega, vt clarius dignoscamus, an hoc tale sit, quale vaticinor. Ostende iam. Ecce ostendo: si modò res quæ sensus mouent, vides partim tales esse, vt ad considerandum intelligentiam minimè prouocet, vt pote quæ sufficienter sunt à sensibus iudicata: partim tales vt prouocent, quasi sensus in eius nihil syncerè diiudicet. Quæ procul admodū prospiciuntur dicis, & quæ quodammodo adumbrata sunt. Haud satis quænam dixerim comiecasti. Quænam igitur? Ea porro in quâ mentem minimè prouocant, quæcumque in contrariū simul sensum non incidunt. Quæ verò incidunt in cōtrarium, prouocant, postquam sensus non hoc magis quam cōtrarium monstrat, siue eminus seu cominus intueatur. Sic autem quod dico, magis tibi patebit, hos vtique tres esse digitos dicimus, pollicem, indicem, ac mediū. Planè. Ita me loqui existimato, quasi proximè videatur. Atque

id in ipsis considera. Quid? Digitus quidem esse similitur quicquid apparet, atque ad hoc nihil interit, siue mediis offeratur, siue postremis, albus seu niger, crassus aut tenuis, & quicquid generis eiusdem. In omnibus siquidem huiuscemodi non cogitur animus intelligentiæ ad discipulum prouocare, quid è multis sit digitus. Neque enim aspectus ipse simul significauit digitum aliud esse quam digitum. Non certè Merito igitur quod tale est, mentē nec mouebit, nec excitabit. Meritò. Ipsorum verò magnitudinem & paruitatē nunquid aspectus satis cernit? nihilque eum refert, siue in medio quædam illorum iaceant, siue in extremis? Eodēque modo crassum, tenue, vel molliem & duritiē tactus ipse Atque & alij sensus nunquid non imperfectè talia quædam declarant? Vel sic agit eorum quisque? Nam primum quidem sensus qui ad durum attinet, cogitur & ad molle pertingere, animoque ita renuntiat, quasi idem & molle & durū esse senserit. Ita certè. An non necessarium est in rebus huiuscemodi nihil dubitare, quid significet, siue hic sensus, siquidem idem molle insuper asserit? Item sensus ipsius grauis & leuis, quid graue & leue, si leue graue esse, & graue leue significat? Absurdè profectò hæc ad animum interpretationes deueniunt, & consideratione indigent. Meritò igitur in his rebus primò quidem animus nititur rationem & intelligentiā prouocans cōsiderare, nunquid vnum, aut duo sint singula quæ nuntiantur. Cur non? Nōne si duo appaerant, alterum & vnum apparet vt vnum? Ita. Si ergo vnum vt vnum, & ambo autem duo, separata duo intelligit animus. Nā si indistincta perceperit, non duo, sed vnum intelligit. Rectè. Magnum quidem & paruum, aspectum videre dicimus, nō diceretur aliquid, sed cōsumum an non? Planè. Propter huius autem declarationem, magnum rursus & paruum intelligentia cogitur intueri, nō confusa, sed distincta potius contrā ac sensus. Vera loqueris. Hinc ad sciscitandum protinus incitauerim, quid magnum sit, quid paruum. Maximè verò. Atque ita aliud quidem intelligibile, visibile aliud nuncupauimus. Scitè admodum. Hæc sunt quæ nuper differere aggressus sum, quod videlicet quædam animum ad intelligentiam erigunt, quædam minimè, quod eæ erigunt, quæ in sensus vna cum suis cōtrariis incidunt: quæ verò non ita, mentem non suscitant. Intelligo iam, atque ita mihi videtur. Quid verò numerus & vni? Vero in genere tibi esse videtur? Haud intelligo. At ex supra dictis animaduerte. si enim sufficienter ipsum per seipsum inspicitur, aut alio quopiam sensu vnum cōprehenditur, haudquaquam ad essentiam mentem deducit, quemadmodum de digito diximus. si autem aliquid semper contrarium illi simul suboritur, adeo vt nihil magis vnum quam contrarium videtur, disceptatoris ac iudicis iam indiget, cogiturque in eam animus dubitare atque perquirere, & mouens in seipso intelligentiam, sciscitari quidnam vnum ipsum est. Atque hoc pacto vnus disciplina & cognitio ex eorum numero erit, quæ attollunt animum, conuertuntque ad eius quod verè est, contemplationem. At enim tale non nihil habet vnus inspectio. Simul namque ipsum vt vnum cernimus, & vt multitudinem infinitam. Si vni id pariter, idem omnis numerus patietur. Absque dubio. In numero computandi & numerandi scicntia vnus circa numerum. Maximè. Hæc autem ad veritatē conferre videtur. Mirum in modum. Hæc itaque disciplina

ex earū genere erit quas querimus, militi quidem cognitio maximè necessaria ad acies ordinandas, philosopho autē vt è fluctibus generationis emergat, essentiamque attingat, sine qua disciplina computare ratio cernique non poterunt. Est ita. Custos autem nolite & miles est & philosophus. Nempe. Conueniens vtique institutio erit, o Glauco, persuadere illis qui maximis ciuitatis muneribus functuri sunt, vt se ad cōputandi scientiam cōferant, neque leuiter eā attingant, sed persequantur quoad ipsa mentem ad numerorū naturam contemplandam peruentiant, nō vendendi emendique gratia, tanquam mercatores vel cauponēs: sed vt ad bellū instructi sint, facileque animū à generatione ad veritatē essentiamque cōuertant. Præclare loqueris. Atque his ita de rationinā disciplina dictis, equidē mecum ipse cogito quam numerorū cognitio decora sit vt illi; nobis passim ad id quod volumus, si quis eam cognoscendi, non cauponandi gratia sequitur. Quæ ratione? Hoc ipsum in quâ, quod modo diximus, quod videlicet vehementer subleuat animū, de quibus ipsis numeris differere cogit, nullo modo admittentem si quis disputando pro numeris corpora quæ & videntur & attrahuntur, induxerit. Noli enim quemadmodū qui in his perit sunt, quoties aliquis ipsum vni verbis diuidere nititur, subridere protinus, neque hoc tolerant. Verum in situ fecas ipsi multiplicat, cauentes nequid ipsum vnum nō vni appareat, sed particula plurima. Vera loqueris. Quid igitur existimas, o Glauco, si quis eos ita percontetur, o mirifici viri, quibus de numeris disputatis, quibus vnū tale inest, quale vos traditis, æquale scilicet vnum quodque est, & omne penitus omnino, neque minimo quo vis discrepans, partem tamen nullam continens in seipso quod inquam, eos, ad hæc existimans respicuros? Reor equidem reposituros illos, de ipsis se numeris loqui, qui cogitari duntaxat possunt, aliter autē tractari nequaquam. Cernis igitur, o amice, hæc reuera peritiam huius discipline nobis necessariam esse? quando quidem vt appareat animum ad hoc inducit, vt ipsa intelligentia vtatur ad veritatē ipsam percipiendam. Vehementer id efficit. Quid autem an & hoc aduertisti, quod homines natura arithmetici ad omnes doctrinas, vt ita dixerim, aucti videntur? Quinetiam si qui ingenio tardiores huic se studio dederint, si nullam vtilitatē aliam susceperint, tam è hoc assequitur, vt acutiores quam antea sint. Sic est. Sed enim haud facile multa reperies, vt existimo, quæ maiori cū difficultate quam ista discantur. Non profectò. Propter omnes quas adduximus rationes, haudquaquam negligenda hæc sunt, sed in his præcipue erudiendi qui optimis sunt ingenijs. Assentior equidem. Hoc itaque nobis ita positum sit: post hæc quod huic proximum est, cōsideremus nunquid nobis conducatur. Quid istud? Num Geometriam dicis? Hanc ipsam. Quatenus enim ad bellicā rem confert, atque certè nobis conuenit. Nam ad castra ponenda, regionē occupandam, colligendas turmas, vel etiā spargendas, & ad omnē digerendi exercitus rationē, quæ tam in ipsa dimicatione, tum in iunere vt solent, permultū interest Geometricis aliquis sit, an non. Ad hæc vtique exi quædam Geometriæ Arithmeticeque particula sufficit. Inquirendum est autem, verum diturnius studium vberiorque perceptio cōferat ad ideam boni facile dignoscendam, cōferunt verò ad hoc omnia, quæ animum illac conuertunt, vbi est essentia

beatissimum, quod ipsi esse penitus cognoscendum. Rectè. Ergo si essentia intueri Geometriæ studium cogit, conuenit quidem: si autem generationem non conuenit. Ita dicimus. Profectò nobis hoc nō negabunt quicunque: vel paululum quid Geometriæ gustauerint, quin hæc scientia contra omnino se habeat quam de ea loquantur, qui in ipsa versantur. Quoniam pacto? Quippe ridicule admodum, & quali coacti sepe loquuntur. Nam velut operatores quidam, operisque gratia verba faciunt, dum & quadrare aiunt, & producere, atque addere, & cetera quæ similiter. Doctrina verò hæc omnis cognitionis gratia queritur. Sic est omnino. An non id quoque nobis est concedendum? Quid? Quod queritur cognoscendi illius gratia quod semper est, non eius quod & oritur quandoque, & interit. Cōcedendum planè: nam Geometria eius quod est semper, cognitio est. Attollit igitur, o generose vir, ad veritatem animum atque ita ad philosophandū preparabit cogitationē, vt ad superā conuertamus, quæ nunc contra quam decet, ad inferiora deuenimus. Quam maximè fieri potest. Quam maximè igitur præcipiendum est, vt qui præclarissimam hanc habitant ciuitatem, nullo modo Geometriam spernant: nam & quæ præter ipsius propositū quodammodo esse videntur, haud exigua sunt. Quia? Quæ tu circa rem bellicam commemorabas. Scimus quinetiam ad disciplinas omnes facilius perdiscendas interesse omnino, attingere Geometriā alius, an nō. Profus. Hanc ergo doctrinam secundo loco discendam iuuenibus proponamus. An tertio in loco ponemus Aristoteliomiam? Quid censet? Ponendam equidem, nam oportunitates mentium, & annorum sentire nō minus rei militari quam agriculturæ navigationique conuenit. Quam mihi gratia es. Nempe vereri videris, ne multi te putent inutiles disciplinas inducere. Est autem non leue istud, sed difficile admodum persuadere, quod ex huiuscemodi disciplinis instrumentum quoddam cuiusque animi expurgatur reuinciturque, quod antè ex aliis studiis infectū occurrat: fuerat, cum potius id seruandum sit, quæm oculorum corporis decem milita. Solo enim hoc inspicitur veritas. Eis ergo qui idem hoc sentiunt, mirum in modum bene loqui videris. Qui autem id nunquam excogitarunt, meritò nihil te dicere arbitrabuntur, aliam enim ab ipsi vtilitatē ælimatione dignam nō cernunt. Hic ergo tu videris veris cum potissimū differas. An forte cū neutris, verum tui gratia maximè verba facis neque tamen vlla detineris inuidia, si quis aliquam ex his vtilitatem capiatur. Hoc potius eligo, me scilicet gratia in primis interrogando & respondendo differere. Age igitur inquam, retrogredere: nam nunc haud rectè quod Geometriam igitur accipimus. Quare? Quia post planum, statim solidum illud quod circumferretur accipimus, antequam ipsum per seipsum comprehendere. Decet autem statim post augmentum secundum, tertium capere: est autem hoc circa cuborum augmentum, atque id quod profunditas est particeps. Est certè. Sed hæc, o Scicntia, nondum reperta videntur. Huius duo sunt causæ, quia videlicet nulla in ciuitate hæc honorantur: & cū inuenta difficilia sint, haud ardentè queruntur, & qui ista perquirunt, ducere indigent, sine quo minimè reperirent. Quem esse primò difficile est: deinde etiam si sit, vt nunc se res habet, qui hæc indagant, statim elati nequaquam parent. Si autem

ciuitas tota huic operi praesideat, honorificè deducens, & isti obtemperabunt quidem, & hæc assidue summæque contentione discutilla clariora erunt. Quippe etiam nunc, quamquam & vulgus hæc contemnat, & contaminet, & qui hæc perstruantur, quoque ratione vtilia sunt ignorant, tamen vi gratia cuiusdam valent. Neque mirum si hæc ita apparuerint. Nempe quod gratum est, inquit, etiam excellenter. sed mihi apertius quæ nunc dicebas explana. Studium quod circa plani versatur, Geometriam vocabas. Equidem. Post Geometriam continuo Astronomiam ponebas. Sed paulo post retro retulisti pedem. Enimvero inquam, quo magis propero, eo peruenio ferius. Nam cum innox illi succederet facultas illa quæ de augmento in profundum agit, quia ridicula eius habetur inuestigatio, eam transgressus post Geometriam, Astronomiam protinus artigi, quæ in profundi ipsius agitatione consistit. Probè loqueris. Ergo quarto in loco ponamus Astronomiam, tanquam adit ea facultas quæ nunc fuerat prætermissa, si modo in ciuitate suscipiatur. Sic decet. Atque eam Astronomiam laudationem, ô Socrates, in qua tu me interpellasti, quasi importune ipsam extollerem, nunc quia mecum sentis, profector. Nam cuique patere exilimo hanc animi oculos ad superiora dirigere, & hinc illuc ipsum perducere. Fortè hoc omnibus præterquam mihi perspicuum. Quoniam mihi quidem non ita videtur. At quoniam modo? Ut nunc quidem eam tractant, qui philosophiæ ipsam iungunt, ad inferiora descendere animi oculos mihi videntur. Qua ratione id ais? Non ingenere sibi videris tecum ipse superiorum intelligentiam definire. Constat enim quod si quis laquearia variis coloribus depicta inspicens, quæquam perceperit, eum non oculis intueri, sed intelligere arbitraberis. Ac fortè rectè sentis, ego autem ineptè. Reor equidem nullam aliam disciplinam ad supernam inspectionem animi excitare, nisi eam quæ circa essentiam, & id quod videri non potest versatur. Quod si quis sursum inhians, aut conuersus deorsum, sensibile aliquid percipere studet, discere ipsum nequaquam assero. Scientiam enim adipisci hunc nego, & eius animum non sursum, sed deorsum aspiciere censo, etiam si respiciam in terræ litore, vel maris aequore iacens, quæquam perceperit. Haud iniuria me corripuisti. Verum quæ ratio discendæ Astronomiæ præter eam quam isti sequuntur, si eius nobis cognitio sit ad ea quæ dicimus profutura? Hæc utique. Existimandum est has quæ in cælo sunt varietates, quandoquidem in loco visibilibus sunt, si cum cæteris cuiusmodi cõparentur, optime integerimèq; dispositas: si autem cum veris, longè deficere. Veras inquam varietates & motiones, quibus ipsa quæ verè est velocitas, & ipsa quæ verè est tarditas, in vero numero, verisq; figuris omnibus & inuicem feruntur, & quæ insunt ferunt. Quæ quidè omnia ratione & cogitatione comprehendendi possunt, visu verò nequaquam: idne existimas? Idem priorus. Nõne igitur cælestium varietate vtendum est, velut exemplo quodam ad supernarum rerum contemplationem perinde ac si quis videat figuras à Dædalo, vel alio artificie, vel pictore egregie compositas & elaboratas. Nempe si esset is qui eas videt Geometriæ peritus, artificium ipsum laudaret, ridiculè tamen esse censeret, si quis attentius talia consideraret, tanquam in ipsi veritatem æqualium, vel duplorum, vel aliquid

proportionis alterius reperiturus. Cur non absurdum id videatur? Idem quoq; facturum putare debemus veram Astronomiam, quando motus syderum intuebitur: arbitratur scilicet quoad in operibus huiusmodi possibile est, quam pulcherrimè ab ipso cæli conditore et cæli ipsam & quæ in eo sunt, fabricata: absurdum tamen existimaturum, si quis noctis ad diem comparationem, horumq; ad mensem, mensisq; ad annum, & aliorum aliorum inuicè & ad illa, semper similiter fieri censeret, neque vnquam quoquo modo mutare tenorem, cum & corpus habeant & videantur, quæratq; in his omni studio veritatis. Mihi certè in præsentia audiendi idem videtur. Itaque propositionibus vtetur vt in Geometria, ita & in ipsa Astronomia: & quæ in cælo sunt, dimitemus, si modo ita percepturi sumus Astronomiam, vt quod in nobis sapientie compos natura existit, vtile ex inutili efficiatur. Quanto amplius laborum imponis astronomo, quam hodie impenditur vulgo? Arbitror autem & alios non præcipere eodem modo debere, si qua ex nobis tanquam legum conditoribus sit vtilitas proventura. At quam nunc ex conuenientibus disciplinis com memorabis? Nullam ad præsens habeo, quam commemorem, inquit. At tamen non vnquam tantum, inquam ego, sed plures species motus nobis præbet. Omnes quidem depromere, qui sapiens est, poterit. Quæ verò mihi occurrunt, dixi sunt. Quales? Vna quidem Astronomiæ consimilis & æquipollens. Qualis inquam? Quæ admodum ad Astronomiam oculi, sic ad harmonicam motum videntur aures fabricatae. Vnde & has inuicem esse germanas sentias, & Pythagorici putant, & nos, ô Glauco, assentimur. Vel quidnam agemus, inquam ego? Ita priorus, inquit. Nõne, quia multum est ipsorum opus, eos percontabimur, quo pacto de ipsis loquuntur, & nunquid aliud præter ista, nos autem ad hæc omnia nostrum illud seruabimus? Quid? Nequidem dent operam, vt nostros alumnos quicquam ex his minus perfectum doceant, quod non illuc tendat semper quod proficiat omnia debent, quæ admodum paulo antè de Astronomia narrauimus. An ignoras quod circa harmoniam tale aliquid agunt? Nam dum concentus & tonos qui percipiuntur auribus, metiuntur, & comparant, irritò labore, quæ admodum Astronomi, tempus contere. Per deos inquit, ridiculè admodum isti crebrius voces frequentant ingenimantq; & aures propius admovent, velut è vicinior loco vocem ipsam venantur. Atque eorum alij dicunt in medio adhuc sonitum aliquem se audire, minimèque esse interuallum hoc, quo metiri quis debeat: alij verò ambigunt, quasi sonus iam similis audiat: & vtrique aures menti præponunt. Tu verò, inquam ego, rudes illis dies, qui chordas torquent, & vexant, & clauiculis (tum intendendo, tum remittendo) violenter extendunt. Sed ne longius similitudo in pulsatione que plectro fit, & illa iactantia peruicaciaque chordarum accufanda præuehat, imagini huic finem imponam, & non censo te hos dicere, sed illos quos modo diximus, harmoniam prælaturos esse. Nam idem faciunt quod & illi qui in Astronomia versantur. Nempe numeros eos sectantur, qui in concentibus ad aures pertinentibus insunt. Sed ad inuestigandum inde non transeunt, qui consonantes numeri sint, qui non, & quam ob causam vtriq; sint

sunt tales. Rem egregiam narra. Adde & vtilem ad boni ipsius pulchritudine indaginem, quæ si aliter queratur, sit profus inutilis. Probabile istud quidem. Arbitror autem supradictorum omnium tractationem, si mutua ipsorum communionem cognationemque attigerit, inuestigaueritque qua secum ista inuicem ratione cohærent, ad ea que expectamus inducendam, neque frustra in his homines, sed vtiliter admodum versaturos: inutiliter autem, si aliter admodum fuerit. Atqui & ego ita vaticinor, sed magnum est quod iubes, ô Socrates. Quid? Initium, inquis, an aliud quiddam? An ignoramus hæc omnia ipsius legis, quam discere decet, initium esse non dum enim dialectici de his rebus disferere tibi posse videntur. Non per locum, nisi per pauci quidam, in quo ego incidi. At enim nisi quis, inquam, & accipere possit & reddere rationem, nunquam sciet quicquam eorum quæ esse dicimus cognoscenda. Nunquam priorus. Nõne hæc iam lex est, ô Glauco, inquam, quæ per disferendi artem ostenditur, quam rursus intelligibilis cum sit, ea vis imitatur aspectus, quam supra diximus ad ipsam animalia sese cõuertere, & ad stellas, & ad ipsum denique solem? Haud secus cum quis ad disferendum se cõfert abque sensibus omnibus ratione duntaxat ad ipsum quod est, quodlibet nititur: qui si non deliterit prius, quam ipsum quod est bonum, intelligens ipsa perceperit, tunc demum ad finem intelligibilis ipsius ita peruenit, vt ille alter ad visibilis finem ascendit. Omnino sic accidit. Nõne dialecticam hanc progressionem vocas? Quid prohibet? Atqui quemadmodum solutio illa à vinculis, conuersioque ab vmbis ad simulachra ac lucem & ex antro ad solis lumen exitus, ibique animalium & plantarum inspectio, solisque & siderum in aqua propter imbecillitatem oculorum intuitus, ipsum quod in corpibus est clarissimum ad id conuertitur, nos autem ad hæc omnia nostrum illud seruabimus? Quid? Nequidem dent operam, vt nostros alumnos quicquam ex his minus perfectum doceant, quod non illuc tendat semper quod proficiat omnia debent, quæ admodum paulo antè de Astronomia narrauimus. An ignoras quod circa harmoniam tale aliquid agunt? Nam dum concentus & tonos qui percipiuntur auribus, metiuntur, & comparant, irritò labore, quæ admodum Astronomi, tempus contere. Per deos inquit, ridiculè admodum isti crebrius voces frequentant ingenimantq; & aures propius admovent, velut è vicinior loco vocem ipsam venantur. Atque eorum alij dicunt in medio adhuc sonitum aliquem se audire, minimèque esse interuallum hoc, quo metiri quis debeat: alij verò ambigunt, quasi sonus iam similis audiat: & vtrique aures menti præponunt. Tu verò, inquam ego, rudes illis dies, qui chordas torquent, & vexant, & clauiculis (tum intendendo, tum remittendo) violenter extendunt. Sed ne longius similitudo in pulsatione que plectro fit, & illa iactantia peruicaciaque chordarum accufanda præuehat, imagini huic finem imponam, & non censo te hos dicere, sed illos quos modo diximus, harmoniam prælaturos esse. Nam idem faciunt quod & illi qui in Astronomia versantur. Nempe numeros eos sectantur, qui in concentibus ad aures pertinentibus insunt. Sed ad inuestigandum inde non transeunt, qui consonantes numeri sint, qui non, & quam ob causam vtriq; sint

aduerfabitur nobis dicentibus, quod differendi facultas duntaxat conatur ordine certo circa vnum quodque quid ipsum sit inuenire. Si quidè cæteræ artes, vel ad opinionem hinc inuenit cupiditateq; respiciat, vel ad generationem & compositionem, vel ad culturam eorum quæ generatur & componuntur. Reliquæ vero quas diximus, verarum rerum quoquo modo participes esse, Geometria scilicet, eiusque comites, circa ipsam essentia quodammodo somniant, syn cere autem quicquid ab illis cernere impossibile est tantisper de suppositionibus vtuntur, eisque ratas & immobiles adeo seruant, vt illarum rationem reddere nequeant. Nam vbi principium quidem ponitur id quod est ignotum, finis autem & media ex ignoro tracta, inuicem conuertuntur, collecta inde assertionem quoniam pacto scientiam vocemus? Nullo. Dialecticè verò sola subiecta suppositionibus omnibus, ad ipsum principium vt conuertuntur, hæc autem pergit, ac reuera animi oculi cæno barbarico obruti, paulatim sursum trahit, ac ducit, tanquam adiutricibus ac ministris quibusdam vtens his artibus quas narrauimus. Eas porò nos sæpe scientias propter cõsuetudinem nominauimus. Indigent autem alio nomine clariore quidem quam sit opinio, obliuione vero quam scientia. Cogitationem certè nos in superioribus earum notionem cognominauimus. Neque tamè est de nomine conrouerfia inter eos quibus de rebus tantis, & quantis nobis ad præsens disceptatio est. Non certè nam solam exigunt ad rerum habitum interni cõceptus expressionem. Placet igitur quemadmodum supra, primam partem vocare scientiam, secundam cogitationem, tertiam fidem, postremam imaginationem vel assimilationem. Et ambo illa simul intelligentiam, hæc autem ambo simul opinionem: & opinionem quidè circa generationem, intelligentiam verò circa essentiam esse. Quod autem est ad generationem essentia, id ad opinionem intelligentia. Quodque intelligentia est ad opinionem, id & ad fidem scientia, & ad imaginem denique cogitatio. Comparationem verò illorum in quibus ista versantur, diuisionemq; vtriusque geminam, opinabilis scilicet intelligibilisque, ô Glauco, omittamus, ne prolixior de his oratio quæ de superioribus habeatur. Equidem quantum mea mens potest, reliqua conseq; libet. An non dialecticam vocas eum, qui rationem cuiuslibet capite essentia? Illud verò qui hanc rationem non habet, quatenus nec sibi, nec alteri potest reddere rationem, quatenus intelligetiam circa hoc habere negabis? Certè non alter est dicendum. De bono etiam similitèr iudicandum. Nam quicquid boni ideam ratione definire non potest à cæteris omnibus eã distinguens, & tanquam in prælio per omnes cõstanti modis penetrando, cætera cuncta reuertere, nõ secundum opinionem, sed secundum substantiam arguens & resellens, perque hæc omnia stabili & inextinguis progredi ratione: hæc tu ita affectum, neq; bonum ipsum dices cognoscere, nequialiquid quidquam bonum: verum si quod fortè simulachrum attrigerit, opinione potius quam scientia illud attingere, atq; hæc in vita in sonibus dormitant illud, & antequam expergiscatur, ad inferos descendente, extremo tandem occipari sopore. Per locum omnia hæc priorus asseruabo. Cæterum liberos tuos quos nunc oratione alis & instruis, si quando et ipsa erudites, vt arbitror, non permitteres maximarum rerum in ciuitate potestatem habere, dum linearum instar nõ possent cur

iusque reddere rationem. Non certe. Legem itaque ferens, qua iubentur eam potissimum disciplinam capessere, ex qua ad interrogandum & respondendum vt scientiam decet, aptissimi sint. Tecum vna istud præcipiam. An ergo videtur tibi doctrinis omnibus dialectica velut apex esse præposita, nec vlla doctrina vltius ac eminentior reperi, sed hanc illam doctrinarum omnium esse finem? Mihi quidem videtur. Restat ergo deinceps aperendum quibus distribuendæ hæc disciplinae sint, & quomodo. Vide licet. Recordaris in primo illo delectu quales delegerimus principes? Quidni recorder? Quo ad alia quidē naturas illas eligēdas existimato. Nam & grauissimos homines & fortissimos decet eligere, & quoad fieri potest speciosissimos, ne ipsos quare di sunt homines generosi, atque terribiles, sed qui insuper eas habeant naturæ dotes, quas disciplina hæc exigit. Quas? Acumen, inquam, facilitatemque ingenij oportere ad doctrinarum perceptionem adesse. Magis enim absterret animum disciplinarum quam exercitationum corporis, difficultas. Si quidem magis proprius illi labor est, qui soli competit, quam qui corpori etiam esse communis. Vera loqueris. Querendus etiam vir est memoria valens, integerimus, tolerantissimus. Nam quem alium censet libenter labores corporis subiturum, tamque arduum doctrinæ meditationisq; studium ad finem vsque profecturum? Neminē prorsus nisi qui optima natura sit præditus. Ex eo quippe errore, vt supra dicebam, aduersus philosophiā oborta est infamia, quod non pro dignitate ipsam attingunt. Neque enim à spuris, sed legitimis est atredēda. Quo pacto? Principio ad labores suscipiēdos claudis esse non debet quisquis est philosophiæ sacris initiandus, vt partim laboris sit tolerans, partim recuset. Contingit autem hoc, quoties aliquis gymnasticis & venationis & reliquis corporis exercitationibus deditus, disciplinarum studij refugit, neque audiendo delectatur, nec inquirendo, sed omnē hanc odie curam. Claudis præterea & ille est, qui exercitationibus animi delectatus, contemnit alias. Vera narras. An non & quod ad veritatem similiter mancum eum ponemus animum qui voluntarium mendacium odit, & ægre fert ipse secum, & aliis mentientibus indignatur, inuoluntarium verò mendacium facile tolerat: & si ignorare aliquid deprehendatur, haut grauius perfert, sed libenter veluti sus ignorantia sordibus volutatur? Omnino quidem, Quinetiam circa temperantiam & fortitudinem magni ficientiamq; & reliquis virtutis partes non minus obseruandum est, quinam legitimus sit, qui spuris. Quando enim hæc minus considerant, & priuati, & ciuitas, ignari vtuntur mancis & spuris ad quodcūque istorum cōtingit, priuati quidem amici, Respublica verò principibus. Sic accidet prorsus. Nobis hæc omnia præcauenda sunt. Nam si homines quo ad corporis ac mentis habitum integerimos ad tantam doctrinam exercitationemque ducemus, atq; erudiemus, & insipsum nobis minime succēbit, & ciuitatem Remq; publicā seruabimus. Sin aliter affectos homines ad ista ducemus, contraria faciemus omnia, & philosophiam multo etiam magis dedecorabimus. Turpe quidem id esset. Mirum in modum. Ceterum non nihil mihi in præsentia risu dignum contigisse videtur. Quid istud? Latuit me nimirum, quod iocabamur, quare acris egi, quam deceret. Quippe interloquendum

ad philosophiā ipsam conuersus, eam dedecore indignè affectam aspexi. Quod & grauius perpeffus fuisse videor, & his qui in culpa sunt, tanquam indignatus seuerius hæc dixisse. Nō pro Iouem vt mihi audiendi videtur. Mihi tamen dicent sic apparet, nec autē ne nos fugiat, quod in priori electione senes elegimus, in hac verò, nequaquam licebit. Neq; Soloni credendū est aienti, hominē senescēntē posse in dies plurima discere, qui minus id potest quam currere. Iuicibus enim cōueniunt multi maximiq; labores. Necessē est. Illa igitur quæ ad arithmeticā, & Geometriam, omnēque doctrinam eam pertinent, quæ diuēdicā antecedere debet, pueris tradēda sunt, atq; is docēdi modus accipiēdus est, quo minime coacti ad discendum esse videantur. Cur istud? Quoniam non decet liberum hominem cum seruitute disciplinæ aliquam discere. Quippe ingen-tes labores corporis vt suscipit, nihil dēterius corpus efficiunt. Nulla verò anime violenta disciplina est stabilis. Vera loqueris. Ergo non tanquam coactos pueros in disciplinis, o vir optime, sed quasi ludentes enutrias, vt & magis ad quod quisq; natura sit aptus, possis agnoscere. Consentaneum est, quod dicis. An non recordaris à nobis, in superioribus dictū, pueros esse in equis spectandi gratia in castra ducēdos, & si tuēd id tentari possit, propius ad mouendos, vt catulorū instar sanguinem incipient degustare? Recordor equidem. Quicunque verò ad hos labores, disciplinas, periculo, promptiores, & ac-riorēsq; apparent, in numerum alieum feligendi sunt. Qua in ætate? Quando à necessariis exercitationibus soluti sunt. In hoc siquidem tempore siue biennium sit seu trienniu, facere aliud nequeit. Lassitudo enim ac somnus disciplinis aduersi sunt. Et simul hæc examinatio aliarum non minima esse videtur, qualis videlicet quisq; in gymnasticis ipsis apparebit. Quidni? Post id tempus quicunque ex viginti annis vt ceteris præstantiores electi fuerint, maioribus, quam ceteri afficiantur honoribus: & quæ disciplinæ istis in pueritia sparsim ostense sunt, vna his iterum offerantur, ad ipsam disciplinarum inter se cognationē, & ipsius quod verè est naturam conspiciendā. Sola hæc cognitio dicebat, quibus cū-que traditur, stabilis permanet. At qui iniqua ego, & hac experientia cognoscitur maximè qui ad dialecticam optimè à natura est institutus qui nō. Nempe quisquis ad hoc dignoscendū est peripicax, dialecticus est: qui verò hebes, nequaquā. Teneo equidem. His igitur animaduērsi oportebit eos qui apprimè tales in ipsis reperientur, stabiles in disciplinis, cōstantes in bello, in aliis legitimis officiis perseuerantes, postquā trigessimū annum impleuerint, ex electis præelectos in maioribus honoribus cōstitue re, & ipsa disse rendi facultate diligenter examinare, quis eorum plures sine oculorum & aliorum sensuum ministerio ad ipsum quod verè existit cum veritate transcendere. In quo maxima, o amice, opus est cautione. Cūram inquit? Non animaduērsi, inquam, quantum nunc malum circa discēdē peritiam contingat. Quale istud? Iniquitate prorsus abundant, inquam. Summo pere, inquit. Mirum aliquid perpeti ipsos existimas, nec ignoscis? Qua ratione maximè? Si quis suppositiōnis puer multus in deliciis à nobili familia nutritur, inter adulatores complurimos, aduultus autem perferat, quod ex eis quos parces existimat natus non fuerit, veros tamen genitores nusquam reperiat: nun- quid

quid vaticinari potes qualis huius animi affectus futurus sit erga adulatores, & erga eos qui ipsum supposuerunt, tam eo tempore quo nihil de suppositione suspicabatur, quam postquam rem ipsam agnouit? An vis prælagium meum audire? Volo equidē. Vatinor itaq; illum dum suppositionem penitus ignorabit, magis eos honoratum quos parces & propinquos existimat, quam assentatores, minusq; eos si quando egeat neglecturum, tardiorēq; fore ad iniuriam ipsi inferendam, vel conuicium dicendum, magisque illis in rebus grauius quam adulatores pariturum. Verisimile quidē. Sin perferent, hos certè minus honorabit curabitq; assentatores verò magis quam antea coler, illis propensius obsequetur, ad eorum exemplū vitā instruet suam, cum illis palam ac liberè conuersabitur. De his verò quos parces & propinquos putauerat, nisi alioqui proba natura sit ingenio, nihil prorsus curabit. Omnia prorsus vt narras, contingerent. Sed quid hæc similitudo ad eos qui disputationes sedantur? Audies modò. Sunt nobis à pueritia opiniones de honestis iustisque officiis, sub quibus tanquā parces educati sumus: his paremus, has præ ceteris honoramus. Sunt planè. Offerunt se nobis & voluptates, quæ ad contraria nos alliciunt, & dum animæ blandiuntur, ad illa detorqueunt. Non tamen ab his flectuntur, qui vel paulo quam ceteri moderatiores sunt, sed illa veluti paterna colunt, eisq; obtemperant. Sic euenit. Si dialectica vis aggressa aliquē ita affectum interroget, quid honestum sit, ac respondente id quod ex legislatoris preceptis, ratio cōfiteri, crebrisq; & variis redargutionibus eò deducatur, vt opinetur illud non magis honestū esse quam turpe, deq; iusto ac bono similiter arguat, & de ceteris quo summo in honore antè habebat, parine illa polthac honore & obseruantia profecturum putas? Necessē es, inquit, neq; eo modo honorare, neq; obtemperare. Quando igitur neque ista quis cenet domestica vt antea vel honorata neq; reperi-rit vera, in vitam potius blandā quam in aliam, vt consentaneum est, prolabitur. Verisimile id quidē. Ex iusto igitur fiet iniquus. Necessē est. An non merito vt nuper dicebam, affectio eorū qui ita se ad differendum cōparant, talis est, vt plurimā mercatur veniam? Et miserico diam iasuper. Vt igitur miserabilis hic cūctus vitetur, triginta annos nati dūtaxat, cautè admodum dialecticas argumētationes desultent. Ita prorsus. An non hæc prudens cautio est, vt eas videlicet iuniores homines nō attingant? Neq; enim lateat, vt arbitror, quod cum primū adolefcentuli disputationis artificium gustat, eo propius quasi ludo quodam ad resellendū, vtitur, eorū qui confutant alios, studiosè sedantes, & ipsi alios quoque redarguūt, ac distrahēdis lacrandiq; proximis catulorum more alius delectantur. Mirū in modum. Cum verò plures conuicerint, & à pluribus ipsi conuicti fuerint, eò confestim deueniunt, vt ex pristinis opinionibus ratam nullam habeant. Atq; ex his & ipsi & omnis philosophia apud alios calumniā reportarunt. Vera refers. At vir natu gra- dior, ab hac infamia diligētius declinabit, ac hominem inuestigandū veritatis gratia diserte tam imitabitur potius, quam eum qui iocandi causa veritatis captiue uoluit: incūbit. Quin & ipse modestius sese geret, & disputandi studij ex infamia reddet illustrius. Scitē ad eiusmodi præterea cautionem, superiora dicta sunt omnia: oportere videlicet mode-

ratos & graues esse illos, qui ad disputationis studij afficiuntur, neque communicandum esse id inceptis hominibus, & vt nunc fit, omnibus quocun- que fors obulerit. Summo pere. Sicque disputationi diligenter assidueq; det operā, nihil uegat aliquid nisi quod uelissim quodouq; gymnasticus corpus exerceat, huius ad perceptionem huiusmodi anni duplices superiorem sufficient. Nunquid sex dicit? an quatuor? Quinque adhibeas. Deinde ad antrū illud erunt iterum deducendi, cogendiq; eos principatus assumere quia ad bellum spectant, & si qui sunt iuuenum principatus, ne vsu reum ab aliis superetur. Atque in his quoque examinandi sunt, vt rum cōstantes permanent, dum quoquo uersus traherit, aut nutent. Quot autem annos istis ascribis? Quindecim. Quom verò ad quinquagesimum annum perueniunt, quicquid integritate uos rebūq; gestis & sciētijs præcellentes apparent, ad finem iam perducendi sunt, cogēdique vt animi radium ad superā dirigent, ipsum quod omnibus lumen præbet, suspiciant: quicquid ipsum bonum nouerint, exemplū illius fieri ciuitatē, priuatos, seq; ipsos per omnem sequentē vitā, & singula uicissim exortet. Ac plurimum quidē in philosophia uerferunt: cum verò magistratus accēserint, in ciuilibus negotijs inuigilet, sigillatimq; gubernent respublicæ gratia, ita vt non tanquam bonum aliquod & optandum ministerium, sed necessariū potius exequi uideantur. Atque ita quem alios similiter ipsi instruxerint, eos uicissim respublicæ custodes relinquunt, ipsi uero in beatorum insulas transmittentur. Monumenta uero illis & sacra tanquam publice Pythias oraculo confirmauerit, dxmon dicubantur in minus, saltem vt beatis atq; diuinis. Mirificos prorsus, o Socrates, principes quasi sculptor figurasse uident. Quod de uiris dixi, idem & de mulieribus intelligendum. Neq; pures, o Glauco, magis me de uiris quam de mulieribus fuisse loquutum, quæcunq; uidelicet natura apte ad hæc officia sunt. Restē se id habet, siquidem pariter in omnibus, vt narrauimus, cum uiris communicabunt. Num concedis nos de republica omnia non quasi pro desiderio effinxisse, sed pro ueritate loquutos, difficilia quidem factū, possibilia tamen, ea duntaxat ratione qua diximus? Quando scilicet homines reuera philosophi, vel vnus vel plures nati in ciuitate potentiam, præferentes honores despicient, illiberalēsq; eos & nullus existimabunt: ipsum autem quod rectum est, & honores quibus eo proficiuntur, plurimū facient, maximum uero & summo pere necessarium quod iustum. & huius ministrates, idque adaugentes, ciuitatem suam ritè disponent. Quo pacto? Omnes quicunq; in uibe decem annos impleuerint, in agros transmittent: filios autem ipsorum suscipientes, proci ab his moribus quibus hodie parentes utuntur, moribus legibūque suis educabunt, quales uero sint, enarrauimus. Atque ita celestem atque faciliem eam ciuitas & respublica orietur, quam supra diximus, si quando extiterit, beatam fore, & genus hominū in quo condita fuerit, plurimum iuuaturam. Maxime quidem. Atque vt consti- tui possit eiusmodi ciuitas, si quando constitutur, o Socrates, adiuuauisse uident. Nōne ergo abunde tum de hac ciuitate, tum de homine eius per- fectissimam nobis dictum? Constet enim qualem eius similem esse debere dicemus. Constet planè inquit, & quod queris, finem mihi iam habere uideret.